



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Mercator quidam mirabiliter à febre vehementi subito liberatur, voto B.
virgini Camberonensi piè ab ipso facto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

exanimis, dicto citius vnà cum vita corpora-
li recepit sacramentum vitæ ex aqua & spiri-
tu renatus ad vitam, quemadmodum postea
sacri sacelli thesaurarius ex plurimorum tum
ecclesiasticorum, tum laicorum fida relatio-
ne intellexit.

MERCATOR QUIDAM MIRABILITER
*à febre vehementi subito liberatur, voto
Beate virginis Camberonensi piè
ab ipso facto.*

CAPVT LXVIII.

ANno 1603, mensis Augusti die 2. Augu-
stinus Ionatius ciuis & mercator pan-
narius Bibracensis febre adedò acuta & vhe-
menti correptus fuit, vt ea per dies quindecim
magis magisque ingrauescente, omnique sa-
nitatis adipiscendæ spe deperdita, nocte qua-
dam quam potuit commode flexis genibus
supra proprium puluinar sese coniecit, & in
cruciatibus suis solito vehementioribus piè
inuocans benedictam Virginem Mariam, quæ
Camberonæ debita veneratione recolitur,
deuouerit se eiusdem futurū ibidem peregrini-
um, ibique rosarium cum hymno, Te De-
um, antè eius imaginè recitaturum, vbi pri-
stinæ sanitatis foret restitutus. Sed ecce stupen-
dum per omnia miraculum, matutina liqui-
dem luce suborta, dimisit eum febris, & 5. die
post sanus & incolumis, Virgineum caueum

L 2 secum

secum deferens, Camberonam aduenit, iugentes pijsimæ Dominæ acturus gratias ac vota sua persolurus: Camberonam autem venit, indeque bibracem repetijt. vnius solummodo diei spacio, prout ipsemet testificatus est. Ad maiorem verò dicti miraculi fidem & comprobationem, autographum quoddam manu propria, simulque duorum hominum clientelarium curiæ Montensis consignatum transmisit, quorum vnus Douilletius, alter Clericus cognominabatur qui quod assererat, verissimum esse asseuerabant.

(··)

B. M. A.